Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

sed ut cognoscat mundus quia diligo pr̃em: et
sicut mandatũ dedit mihi pater sic facio offert.
Oblatione hoc deus quod oratus es in nobis a templo sancto tuo
quod est in sion tibi offerent reges munera alla sec. Munera
qs dne oblata sanctifica et corda nr̃a sancti sp̃s illustra
tione emunda P eundem p̃ phacio Qui ascendens sup omnes
celos ad patrem Communicantes et die Hanc igitur
communio Factus est repente de celo sonus aduenientis sp̃s
uehemẽtis ubi erant sedentes alla et repleti sunt omnes spu sancto
loquentes magnalia dei alla alla compl. Sancti spiritus
dne corda mundet infundat: et sui roris inuiscet aspi
ratione fecundet P eundem. Alia complenda Sa
cris celestibus domine spiritu sancto cooperante
uitia nr̃a purgentur ut muneribus tuis possimus
semp aptari P eundem Ad secunda Introitus
Dabunt eos ex adipe frumenti alla et de petra melle satura
uit eos alla alla alla ps Exultate deo adiutori nr̃o iubi
late deo iacob Collecta Deus qui apls tuis sanctũ
dedisti spũ: concede plebi tue pie petitionis effectũ:
ut quibus dedisti fidem: largiaris et pacem P eundem
In diebus illis Adsurgens petrus in medio fratrũ dixit Viri fratres et patres: nobis prece
pit dns predicare ploo et testificari quia ipse est
qui constitutus est a deo iudex uiuorũ et mortuorũ
Huic omnes prophete testimoniũ perhibent remis
sionem peccatorũ accipere per nomen eius omnes qui cre
dunt in eum Adhuc loquente petro uerba hec
cecidit spus sanctus sup omnes qui audiebant
uerbũ Et obstupuerunt ex circumcisione fideles
qui uenerant cum petro: quia et in nationes gra
spiritus sancti effusa est Audiebat enim illos

loquẽtes